Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36448
Copyright: Melk, Benediktinerstift

membris dominicis aptata supplicio·
ibidem glorifice veneraretur a populo·
Multorum itaque temporum labente cur
riculo· exigente mole peccaminum· ut
flagellari permitteret dominus populum christianum
per seviciam paganorum· cosdras quidam
populi barbarus et impius regnum est adeptus per
sarum· Qui in tantam prorupit ausus
protervitam· ut ab incolis vicinarum gen
tium: quos impetu vastans barbarico·
suo nefando subiugaverat dominio· et
coli se iuberet ut deum· et vocari se re
gem regum· et dominum dominancium· Nec
hec solum ei suffecerat ad sue dampna
cionis interitum· verum eciam syriam et pa
lestinam cum subiugasset: et egipti reg
naque que extra et infra limitario glo
merabantur per circulum· suo crudelissimo
subiugaret dominatui· hierosolimam
adiit· ecclesias christi subvertit: totamque fi
nitimam regionem vastavit· incendit at
que predavit. Ad sepulchrum quoque domini cum
voluisset accedere· territus redijt· sed
tamen ligni salutaris partem quam reli
giosa regina· ibi in testimonium virtutis
reliquerat asportavit. Fecerat namque
sibi turrim argenteam· in qua inter
lucentibus gemmis thronum extruxerat
aureum· ibique solis quadrigam et lune vel
stellarum ymaginem collocaverat· atque per
occultas fistulas aque meatus adduxerat.
ut quasi deus pluviam desuper videretur
infundere· et dum subterraneo specu
equis in circuitu trahentibus turrim acta
turris fabrica moveri videbatur· quasi
quodammodo rugitum tonitrui iuxta possibili
tatem artificis mentiebatur. In hoc ita
que loco sedem dei paraverat· atque iuxta
eam quasi collega deo crucem dominicam po
suerat· filioque suo regno tradito ipse

in fano huiuscemodi residebat. Illo itaque
tempore heraclius arcem tenebat imperij·
vir armis strenuus· lege eruditus·
corpore decorus· et quamvis secularium actu de
ditus· totus tamen erat fide catholicus· et erga
dei cultores supplex benivolus atque de
votus. Pergens quoque filius chosdre contra
heraclium· iuxta danubium magnum flu
vium cum suo consedit exercitu. Tandem
spirante clemencia salvatoris· utrisque
principibus placuit· ut ipsi singuli in me
dio pontis fluminis dimicaturi confluge
rent· et cui sors victoriam contulisset· ipse
sine dampno utriusque exercitus imperium usur
paret. Decretum eciam cum iuramento processit
ut si aliquis ex eorum populo principi suo veni
re in auxilium presumpsisset: cruribus ex
cisis et brachijs ab eo in flumine mer
geretur. Cumque utrique populo hec pactio placu
isset· in vicem ut dictum est dimicantes·
diu multumque in pontis medio sunt congressi.
Tandem pulsatus dominus lacrimis christianorum per
virtutem sancte crucis· cui se die eodem me
moratus princeps attencius commendarat· fide
li suo heraclio christus concessit de hoste trium
phum. tantaque mentis mutacio chosdre
invasit exercitum: ut non solum predictam
pactionem nequaquam vellent transcendere·
sed etiam voluntarie cum omni sua fami
lia atque prole heraclio se subderent tam
potestate quam fide. Quos ille benigne sus
cipiens in hoc illis clemenciam prestitit· ut
omnes ad baptismum convolarent. Quod ita
se facturos esse omnes pariter spoponderunt.
Ipse autem christianissimus princeps· cum suo to
tum exercitu· regna que chosdras te
nuerat circumquaque perlustrans· ad sedem
ipsius venit· cum paucis ad eum ascendit·
sedentemque eum in throno aureo repperit.
Nullus namque ex eius exercitu fuerat· qui